01.

280 VII, 2020

S. Accepi tuas p[er] fratre[m] Nicolau[m]. quibus de
Magdalena n[ost]ra libenter cognovi, quod tandem, licet no[n]
sine tuis impensis gravibus. eo sis onere exoneratus. eadem
vero die et ipsius l[itte]ras ad me ex Louffen scriptas, accepi.
et q[uo]d scr[ibi]s tuis negocio ~~[illegible]~~ vestigio eu[m] Coss. retuli.
Speroq[ue] eo loci retineri posse ubi nu[n]c agit, vel ignorante
Valentino vel invito. Et De petro aut[em] facilis erit ratio.
simulac a parte eu[m] ad ~~[illegible]~~ consanguineos patris tra[n]smiserit.
nos quod in nobis e[st], officio n[ost]ro no[n] deerimus. licet, ut
in civitate[m] n[ost]ram, recente adhuc offensionis vulnere restituat[ur]
sperare no[n] possimus. Scio[?] etenim quid debeamus desertae et aruno[?]
sit. Porro quod nova attinet, ex Augusta l[itte]ri accepi. primu[m]
illustre esse in ea civitate regni Christi incrementu[m], p[er] quotidiana[m]
accessionem ab impietatib[us] papisticis ad Evangelij fidem.
Albertu[m] aut[em] a fuga se Swinfurtu[m] recepisse, quod adhuc 12
vexillis peditu[m], et equitum mediocri numeru[m] obtinet. deduxisse
eo 1400 pecora, que ex vicinis locis, rapuit. Interea
vero H. Brunsuicensem. ditione[m] eius invasisse. et occupato
oppido Bernet nu[n]c Plassenburg obsidione cinxisse. ut
in dies illuc videat[ur] finis cladiu[m] et aerumnaru[m] futurus.
Turcas ite[m] filiu[m] propriu[m] Persaru[m] regis generu[m] astib[us] ad
se allexisse q[uo]d scribit[ur] fide data, quod administratione[m] regni
esset illi traditurus: sed ubi venerit ad se, trucidari iussu[m],
q[uo]d Vasthia queda[m] quod eu[m] illi detrectaret, manu p[ro]pria primu[m]
filiu[m], deinde Vasthia quoq[ue] ipsu[m] iugulasse, eu[m] paulo post in
uxore[m] et matre[m] filij desevijsse, eadq[ue] p[er]misisse. ut et in Turcia
motus futuri ~~in~~ q[ua]t ex Persis incursiones q[uo] maiores existimat[ur]. Fuit
aut[em] ea seditio a [illegible] an ob [illegible] paternas ad Persam confugeret

tuisque praesidiis ~~ad~~ sese patris regnum impetitrat. De Carnesis arte gallis intellexisti e Copum. pro qua par est, nos omnes orare et laborare et precari. ut inter tot tamque graves tempestates. ~~De~~ consistant. Sed vale vir ornatissime et mihi domine charissime. Basil. 14 Decemb. Anno 1553.

Saluta ex me fratrem
Manitium et caeteros
amicos omnes nominatim
Zwickium Iegrum Hugonem

S. Sulcer.

Salutat te mei symmistae et D. Cos. magistratus.

Viro praestantiss: Sermo
Christi singulari. D. Am-
brosio Blaurero dno
et symmistae suo colen-
dissimo.

19 Decemb
1553